

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Studium i
cum uariis

Tria sunt studentibus necessaria: natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur ut facile audita percipiat et percepta firmiter retineat; in exercicio ut labore et sedulitate naturalem sensum excolat; in disciplina ut laudabiliter uiuens mores cum sciencia componat.

Hugo libro III. didascalicon.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

percepta] precepta B; didascalicon] dascalicon (*cor. supra lin.*) B, didascaligon M